Omnibus sufficienter et plenarie ab eisdem Magnificis Mniszkow Coniugibus praestitam esse satisfactionem. Salua nihilominus certa Conditione Contractus seu Interesia suprascripta Arendatoria bonorum Villae Czarna, Zołobek, Rosochate, occasione Vecturae lignorum per subditos Iuribus Recognoscentis subiectos in Commodum suprascripti Magnifici Capitanei Sanocensis praestita pleno in robore reseruata.

Zielunka suo pro Interesse Roborat

1064

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Paulus Zielonka Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad actum praesentem attinet, se cum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus Interessiam certam inter Magnificos Georgium Vandalinum de Magna Konczyce Mniszech Sanocensem Szczerzecensem Debowiecensem etc. Capitaneum atque Annam in Byhow et Szklow Comitissam Chodkiewiczowna Coniuges legitimos ab vna et se Recognoscentem parte ab altera ratione certarum rerum et Conditio-

970

+

num in eadem Intercisa contentarum de actu et data il-
lius in Oppido Laszki die Vigesima Ianuarij Anno praesen-
ti confectt. conscriptt. manibus tam suprascriptorum Magni-
ficorum Maiszchow Coniugum quam sui Recognoscentis
propriis ab Utrinq. subscriptt. Vadioq. Sexaginta Unius
Millium et Quingentorum Florenorum Polonicalium
ad tenendum firmatt. in omnibus et singulis eiusdem
Intercisae Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio
ligamentis ac nexibus generaliter omnibus, quantum
pro sorte et interesse sui Recognoscentis Conditionesq.
sui Recognoscentis personam stringentes spectat et per-
tinet, eisdem Magnificis Maiszchow Coniugibus ipso-
rumq. posteris, firmiter tenere, complere, exequi ac invi-
olabiliter observare, omnibusq. et singulis illius Conten-
tis, tam in toto quam in quavis minima parte toties
quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam praefatam ad
Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscripti-
onem praesentem Roboratoriam ad praedictam Inter-
cisam. Vicissim in toto referendo. Idq. sub Vadio sum-
mae Sexaginta Unius Millium et Quingentorum Flo-
renorum Polonicalium per eundem Recognoscentem
vel eius posteros suprascriptis Magnificis Maiszchow
Coniugibus, sive ipsorum successoribus, ob non comple-
tionem Contentorum Intercisae praefatae, quantum pro
sorte et interesse sui Recognoscentis, conditionesq.
sui Recognoscentis personam stringentes spectat omni-
um et singulorum tam in toto quam in parte toties
quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro
quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum

succubito

Succubito, ac proxe aliqua principali ex contentis Inscriptae eiusdem, quantum pro sorte et Interesse sui Recognoscentis, Conditionesq Sui Recognoscentes personam stringentes spectat, non completa Complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Paulus Zielonka sive eius Successores, Ad Instantiam praefatorum Magnificorum Maiszchow Coniugum Vel eorum posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex tunc recessu suprascripto. quo ad respondendum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, Stare Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos Semper peremptorios, Vera Infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione, intra Vel extra Regnum Servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem, Vel aliis quibusvis dillationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealibus Praemysliensibus Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalitis Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis, et defensis non Subterfugiendo nec modo

+

alio quouis euadendo. Hac sua praesenti personali reco:
gnitione ad praemissa omnia mediante.

Podhorodecki Roman: czyc Consorti Suae Reformat

1064 Comparens personaliter Coram officio et Actis prae:
sentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus
Nobilis Hiacynthus Podhorodecki Romanczyc sa:
nus mente et corpore existens a Terris Districtibus
Iuribus, Iurisdictionibusque quibusuis propriis et Compe:
tentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali
Praemisliensi Iurisdictioni, quo ad actum praesentem
attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijcien:
do, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit Quia
ipse Nobili Anastasia Jaworska Nobilis olim Alexandri
Jaworski Coniux cum Nobili Marina Lomnicka Consor:
te eius legitima procreata filia sui vero Recognoscentis
Consorti legitimae et ipsius posteris Summam Centum Floreno:
rum Polonicalium, ratione vera dotis et expeditionis per
ipsam accepta, et in domum suam importata, nec non et
aliam similem Summam Centum Florenorum Polonicalium
ratione certi veri iusti et liquidi dotality in et super tota
et integra bonorum suorum medietate, generaliter omni:
um haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobi:
lium, Summarumque quarumuis pecuniarium, nec non auri
argenti, clenodiorum Vnionum, Margaretharum Vesti:
um, Vestimentorum, Stanni, Aeris, cupri, orichalci, pecorum
pecudum, equorum equitiae, ac totius supellectilis do
mesticae